Alfonsus dei gratia Rex Aragonum Sicilie citra et ultra farum Valentie Hierusalem Hungarie Maioricarum Sardinie et Corsice Comes Barchinone Dux Athenarum et Neopatrie ac etiam Comes Rossilionis et Ceritanie. Dilecto Laurentio Magistro Rationalis nostre Curie in Regno Sardinie [illegible] de Ferraria Militi Salutem et dilectionem. Ne dampnosa Curie nostre prout cumulacio compotorum ex his qui administrationis onus in eo nostrorum tenent fieri videatur aut possit in ipso Sardinie Regno, dicimus et mandamus vobis scienter et expresse sub incursu nostre indignationis et ire quatenus a dilecto consiliario et fideli nostro procuratore generali et Laurentio in officio procurationis apud caput Lugodori eiusdem Regni et aliis receptoribus et collectoribus ibidem qui nunc sunt et fuerint pro tempore singulis annis maxime [illegible] petatis habeatis et recipiatis suarum administrationum compotum et rationem prout officio vobis commisso [illegible] competit et pro Curie nostre utilitate et cautela requirit. Circa quarumquidem administrationum compotorum [illegible] notando impugnando et repellendo ac admittendo vestrum ingenium exercentes officium [illegible] administrationis alteri notamentum et clarifficatio et poterit de facili Curia nostra indemnis [illegible] potest aut posset fieri si ad annos prorrogetur exhibitis et auditis compotis eorundem [illegible] ex libro officii [illegible] diffinire. Postquam videritis impugnaveritis et notaveritis prout decet clausa et sigillata [illegible] dicto Magistro Rationali Curie nostre diffinienda seu nobis remittenda [illegible] eandem dicimus et mandamus predictis procuratori nostro et Laurentio in officio procurationis apud dictum caput Lugodori qui nunc sunt et fuerint pro tempore et ceteris universis et singulis aliis receptoribus et collectoribus prenominatis sub incursu nostre indignationis et ire ac pena privationis officiorum eis commissorum quatenus singulis annis dum per vos fuerint requisiti seu non requisiti con[illegible]tate et debite sua universa quorum compota et administrationes vobis tradant et ostendant per vos impugnanda notanda et impugnanda ut prefertur. Et nullatenus differant quavis occasione colore vel causa sub pena predictam incurrere cupiunt. Datum in Castronovo Civitatis Neapolis die ultimo Septembris Anno a nativitate domini Millesimo CCCCXXXXIIII